

# SIGISMUNDI SCACCIAE,

Caussarum Aduocati & Iurisconsulti  
Romani,

## TRACTATUS DE APPELLATIONIBVS.

IN DVAS PARTES DIVISVS.

*IN QVIBVS PLENE, RITE, RECTE, ET PVL-  
chro ordine examinatum, frugis solidaq; doctrina resolutū, quicquid ad pradi-  
ctas appellationes quoquomodo spectare aut contingere potest, tam quo ad  
praxim, quam quo ad theoreticam, discurrendo per XX. Questiones. & pluri-  
mos articulos per omnia tribunalia, ritus, & statuta cuiusq;  
Principis, Republicae, & Ciuitatis.*

OPVS DIGNVM AC MAGNI LABORIS, ITA VT  
nihil intactum relinquere videatur.

NVNC PRIMVM IN GERMANIA CVM INDICE COPIO-  
sissimo, excusus, & a mendis vindicatus.



FRANCOFVRTI,  
E Collegio Mularum nouenarum Paltheniano.

ANNO M. DCXV.

*Handwritten signatures and notes in the bottom right corner, including a large signature that appears to be 'J. M. ...' and other illegible scribbles.*

Illustri ac Generoso Domino,  
DOMINO,  
VVOLFGANGO COMI-  
TIA MANSFELD, NOBILI  
DOMINO IN HEL-  
drungen,

*Cæs. Maiest. a Consiliis Bellicis, & Præsecto militari,*

ILLVSTRISSIMI PRINCIPIS DARMSTATINI CON-  
siliatio intimo, eiusdemq; Cæs. Pro-Principi, & Capiteo,

*EQVITI AVRATO,*

Gratioso suo Domino,

S P.

ZACHARIAS PALTHENIVS. D.



**L**AUDEM non merentur exiguam ij, VVolsge, Co-  
mes generose, qui omnes ingenii nervos intendunt, vt eam nau-  
ciscantur scientiam, qua libero homine digna esse existimatur.  
Verum, maxima, (iudicio meo) debetur illis, qui se adeo ad  
legalem conferunt Philosophiam, atq; ita haerent in ea cogno-  
scenda, vt abduci nulla penitus ratione queant. Hæc enim ea est, qua in diui-  
narum atq; humanarum rerum notitia versatur, qua vere præditi sapientes  
iure merito nuncupari possunt. Hi namq; publica, priuataq; negotia tractât,  
ciuilis consensus horum vigilantia atque solertia custoditur: qui si de me lio  
tollerentur, nihil esset, quare exploratum cuiquam posset esse, quid sit suum,  
quid ve alienum: cuium occulta odia, qua intra domesticos parietes pullulât,  
in optimi cuiusq; fortunas impetum facerent, virtutes e ciuitatibus aufuge-  
rent, vis & libido omnia complecterentur. Quibus omnibus malis sola hæc  
legalis scientia resistit, maleuolorum impetus cohibet, comprimit, coeracet.  
Quam si vnquam toto pectore totisq; viribus quis est amplexus, certe Sigis-  
mundus Scaccia Iurisconsultus Romanus is est, qui in ea adipiscenda adeo  
insudauit, vt ad Cleanthis Aristophanisq; lucernam vigilasse non immerito  
dici possit. Locupletissimum huius rei præsens Tractatus de Appellationibus,  
per Regulas, ampliaciones limitationes, declarationes, extensiones, restrictio-  
nesq; confectus, afferre potest testimonium. Tu quoq; Roma, caput mundi,  
qui regis orbis sceptrum rotundi, inficias ire neutiquam potes, in viscerib. qui-  
ppe tuis vix quadrienni spatio, intra quod & iudicandi aliquando, & consu-  
lendi aliquando munere functus es non solum Tractatum hunc de Appella-  
tionibus, sed & de Iudiciis cæs. farum ciuilium, criminalium & hereticaliu,  
conscripsit. Et quidem adeo doctè, vt a quoquam hæc materiam nondum



# SIGISMVNDI SCACCIAE IVRISCONS. ROMANI,

## DE APPELLATIONIBVS,

### Pars Prima.

#### QVAESTIO I.

#### ARGVMENTVM.

De significatione verbi, appellare, & verbi, prouocare, & in qua significatione sumatur appellatio in isto tractatu.

#### SVMARIA.

- APPELLANDI vsu est frequens, & nec seriu. num. 1.
- Frequentia plerumq; tractari debent. num. 2.
- Appellationis nomen sumitur multipliciter, & appellare est verbum æquiuocum, eiusque aliquæ referuntur significationes. num. 3. & seq.
- Asseclari differt ab appellare. num. 3.
- Appellare quando fit proprie. num. 4.
- Appellatio extraiudicialis dicitur improprie appellatio. n. 5.
- Appellatio iudicialis dicitur proprie appellatio. num. 6.
- Appellatio datur tam iudiciali quam extraiudiciali. n. 7.
- Appellatio, & appellare sunt coniugata. n. 8.
- Coniugatum argumentum valet. num. 6.
- Appellatio extraiudicialis non comprehenditur in dispositione iuris. num. 1.
- Appellatio extraiudicialis non venit in rescriptis de appellationibus. num. 1.
- Prouocare verbum est genus æquiuocum. n. 9.
- Proponere verbum potest sumi in genere, & in specie. n. 9.
- Adoptio est nomen generale, significans &c. n. 10.
- Cognatio genericæ & specificæ sumpta quid significet. n. 11.
- In iure generice, & specificæ sumpta quid significet. n. 12.
- Appellatio qualibet est prouocatio, sed non e contra. num. 13.
- Genus quomodo cognoscatur. num. 13.
- Prouocare verbum in dubio quomodo sumendum. n. 14.
- Verba sunt intelligenda in specie, sique in potentiori significati. num. 14.
- Vocabula sunt pauca negotiorum. num. 15.
- Appellatio in qua significati tractatur a nobis. num. 16.

**A**PPELLANDI vsu quam sit frequens, quamque necessarium nemo est, qui nesciat, inquit Vlpianus in l. 1. ff. de appell. & relat. ¶ quare, quæ ad hunc spectant vltimæ, plenius attingam; quæstiones enim sunt, inquit Paulus in l. 25. legum Erio ff. de liber. leg.

Appellationis nomen sumitur tribus modis; latissime, late, & proprie, vt explicat Card. Alex. in rubr. nu. 8. & seqq. vers. expedita conuincione. de appellat. Latissime enim sumpta significat quamcumque vocationem, seu invitationem, & sic si vocatem te ad ciuicem, diceretur appellatio, Bar. in l. 1. num. 2. vers. suam ff. de appell. & relat. & Card. Alex. vbi sup. Late sumpta significat quamcumque prouocationem ad iudicium, & sic etiam appellationem extraiudicialem, vt explicat Card. Alex. d. rubr. num. 1. & seqq. vsque ad nu. 11. inclusiue. Strictè vero, seu proprie sumpta significat appellationem iudicialem, Card. Alex. d. rubr. n. 12. in fine, & num. 13. & seqq.

Sic quoque appellare est verbum æquiuocum, quia habet varias significationes, de quibus scripserunt Rebuff. in l. liberi appellatio ff. de verb. signif. ad quem locum se remittit in tract. de appell. in p. 1. fol. 10. tom. 3. fol. 476. Broderod. tract. de appell. in 3. par. 1. & Greg. Tolos. eod. tract. lib. 1. cap. 2. ad quos duos postremos se remittit Rugginell. eod. tract. de appell. post prefationem in tit. de appell. n. 2. fol. 11.

Interdum enim significat nominare. Interdum accusare. Interdum implerare aliquem testimonii, vel auxilii gratia. Interdum exigere rem debitam a debitore, interdum significat blanda oratione peccatorem alicuius auertere. l. item apud Iudæam. §. si quis & vers. appellare. ff. de inter. & famos. libell. Nerul. tract. de arrene cap. 1. num. 6. & 7. tom. 5. fol. 255. notans propriam differentiam inter appellare, & adlectari. Rebuff. tract. de appell. in prefat. num. 9. tom. 3. fol. 476. & Greg. Tolos. tract. de appell. lib. 1. cap. 2. n. 2.

Omissis denique his, & aliis significationibus, quæ non respiciunt nostrum scopum, significat tam pollutatam sententiam prouocare ad maiorem iudicem, quam prouocare ante sententiam ad iudicem propter instantem, vel futurum grauamen, quod inferret extraiudicialiter; & appellare in ista generali significatione sumitur improprie, quia appellatio isto modo sumitur, prout significat tam appellare iudicialiter, quam extraiudicialiter, sumitur improprie, vt dicitur Abb. in cap. 5. cum sit Romana. num. 21. vers. app. & videtur Franc. num. 4. vers. vltima nota. & Dec. not. 7. num. 25. de appell. idem Dec. in cap. 51. hinc memoria. vers. secunda differentia. num. 20. eod. tit. ¶ & quod appel-